

Publius Ovidius Naso,  
Metamorphoses, proemium

Ablatum mediis opus est incudibus illud,  
defuit et scriptis ultima lima meis.

Et veniam pro la<sup>1</sup>/<sub>2</sub> de peto laudatus abunde,  
non fastiditus, si tibi, lector, ero.

Hos quoque sex versus in primi fronte libelli,  
si praeponendos esse putabis habe.

Orba parente suo, quicumque volumina tangis,  
his saltem vestra detur in urbe locus.

Quoque magis faveas: haec non sunt edit' ab ipso,  
sed quasi de domini funere rapta sui.

Quidquid in his igitur vitii rude carmen habebit,  
emendaturus, si licuisset, eram.

Liber primus

In nova fert animus mutatas dicere formas  
corpora: di coeptis (nam vos mutastis et illas)  
adspirate meis primaque ab origine mundi  
ad mea perpetuum deducite tempora carmen.

*Verkinto de tiu ĉi Latina poemo estas PUBLIUS OVIDIUS NASO (\*-43 – †18).*

*MR-256-2a / Arg-59-114 (2003-10-25 23:56:10)*